

Ego Oswalde, Eboracensis Ecclesiæ primas, consentiens subscripsi.

Ego Ethelwolve, Wintoniensis Ecclesiæ minister, et Glastoniensis monachus, signum sanctæ crucis impressi.

Ego Britchtelm, Fontanensis episcopus, consentiens corroboravi.

Ego Ellstan episcopus confirmavi.

Ego Oswolde episcopus acquievi.

Ego Efwolde episcopus concessi.

Ego Winsige episcopus cum signo sanctæ crucis conclusi.

Ego Segegar abbas vexillum sanctæ crucis impressi.

Ego Eacwi abbas confirmi.

Ego Ordgar abbas corroboravi.

Ego Etholgar abbas concessi.

Ego Kinworde abbas consensi.

Ego Fideman abbas consolidavi.

Ego Elpheh abbas subscripsi.

Ego Adulf, Herefordensia Ecclesiæ catascopus, corroboravi.

A Ego Elphere dux dominæ meæ sanctæ Mariæ Glastoniensis ecclesiæ libertatem omni devotione cum sigillo sanctæ crucis confirmavi.

Ego Oalac dux consensi.

Ego Ethelwina dux hoc donum triumphale hagiæ crucis propriæ manus depictione impressi.

Ego Oswolde minister confirmavi.

Ego Elwrde minister corroboravi.

Ego Ethelsie minister consensi.

Ego Ellfkie minister consensi.

B Hanc privilegii paginam rex Edgarus, duodecimo anno regni sui, sacro scripto apud Londoniæ, communi consilio optimatum suorum, confirmavit. Eodemque Joannes papa XIII hanc ipsam paginam Romæ in generali synodo auctorizavit: cunctosque potioris dignitatis viros qui præfuerunt eidem concilio confirmare fecit, ad instantiam prædicti regis Edgari, et beati Dunstani, ac aliorum nobilium præscriptorum. Et ad supplementum firmioris securitatis, idem apostolicus dictum privilegium apostolica suffulsi auctoritate.

CHARTA EDGARI REGIS

Malmesburiensi cœnobio confecta anno 974.

Se indicat clericos sæculares ejecisse, monachosque vitæ regularis induxisse.

(13) Ego Edgarus, totius Albionis basileus, necnon meritumorum seu insularum regum circumhabitantium, adeo ut nullius progenitorum meorum subjectione, largitus Dei gratia suppetente, sublimatus, quid imperii mei potissimum regi regum dono darem, tanti memor honoris, solertius sæpe tractavi. Piæ igitur faulrix devotionis pervigili meæ studiositati superna subito insinuavit pietas, quæque in regno meo sancta restaurare monasteria, quæ velut muscivis scindulis, cariosisque tabulis, tigno tenua visibiliter diruta, sic (quod majus est) intus a servitio Dei ferme vacue fuerant neglecta. Idiotis nempe clericis ejectis, nullis regularis religionis disciplinæ subjectis, plurimis in locis sanctioris sericii, scilicet monachici habitus, præfeci pastores, ad ruinosa quæque templorum redintegrandam opulentos eis fiscalium munerum exhibens sumptus. Quorum unum, nomine Eluricum, virum in omnibus ecclesiasticum, famosissimi constitui custodem cœnobii, quod Angli bifario vocitant onomate Maldemelsburg. Cui pro commoditate animæ meæ, ob Salvatoris nostri, ejusque *θεοτεκεν* semper virginis Mariæ, necnon apostolorum Petri et Pauli, Aldelmique almi præsulis, honorem, particulam terræ, et nominatim terram cum pratis et silvis, munifica liberalitate restitui. Hæc a prædictis accommodata clericis a con-

C tentioso injuste possessa est Edolnoto [at. Edelnoth]: sed superatitiosa subtilique ejus disceptatione a sapientibus meis audita, et confutatione illius mendosa ab eisdem me presente convicta, monasteriali a me reddita est usui, anno Domini incarnationis nongentesimo septuagesimo quarto, regno vero mei decimo quarto, regni conversationis primo. *Hæc Malmesburiensis.*

SUBSCRIPTIONES.

Ego Edgarus, totius Albionis finitimorumque regum basileus, cum signo sanctæ crucis istud chi-rographum confirmavi.

Ego Dunstanus, Dorebernensis archiepiscopus, istud donum regium hagiæ crucis trophæo corroboravi.

D Ego Oswaldus, Eboracensis archiepiscopus, subscripsi.

Ego Athelwoldus, episcopus Wintoniensis, consignavi.

Ego Lefwinus, Dorcastrensium episcopus, consensi.

Ego Alstanus, episcopus Londoniensis, annui.

Ego Turketulus, abbas Croylandiæ, subnotavi.

Ego Athelgarus, abbas novi monasterii Wintoniæ, approbavi.

Ego Adulphus, abbas Burgensis, collaudavi.

(13) Ingulph. histor. Croyl., pag. 884. Malm. De gest. reg. lib. 1, cap. 8.